

THEODORI GAZAE
PRAEFATIO IN IOANNEM CHRYSOSTOMUM
AD ALPHONSUM REGEM.

Mit dieser Vorrede überreichte Theodoros Gazes seine Übersetzung der Homilien des Johannes Chrysostomus *De incomprehensibili Dei natura* dem König Alfons von Neapel. Gazes' Übersetzung entsprach dem Zeitgeschmack. Nach Art der Humanisten war sie wortreich und schwungvoll, so daß der neuzeitliche Herausgeber bei Migne urteilen konnte: »*Interpretationum porro Theodori Gazae, utpote παραφραστικῶς adornatam, verbis et aliquando sententiis redundantem, rejecimus.*«¹ Sie findet sich aber in der Chrysostomus-Ausgabe des Fronto Ducaeus.² Die ebenda beigegebene Praefatio besitzt einigen Wert für die Geschichte des Humanismus. Nicht nur daß wir über Gazes' Auffassung unterrichtet werden, auch einige Nachrichten über Bessarion sind wichtig. So hören wir hier erstmals von einem mehrmonatigen Aufenthalt des griechischen Kardinals am Hof zu Neapel, wo sich ein reges gelehrtes Leben entfaltet zu haben scheint, in dessen Mittelpunkt der König stand. Weiter berührt Gazes Bessarions *Metaphysik*-Übersetzung. Schließlich erwähnt er noch seine eigene Bearbeitung eines Werkes militärischen Inhalts, des *Στρατητικόν*, bekannt unter dem Namen eines Maurikios, der hier Mauritius imperator genannt wird.³

Die Abfassungszeit der Widmung Gazes' ist auf 1455 festzulegen. Denn der erwähnte Aufenthalt Bessarions in Neapel fällt gerade in die Zeit, da Gazes sein Schreiben an König Alfons richtete, wie er bemerkt: (Bessario), quem desiderium tui visendi Neapolim ad te duxit ac mensem iam quartum tenet apud te.⁴ Durch Capranica wissen wir aber, daß Bessarion bald nach der Wahl Kalixts III (8. April 1455) nach Pozzuoli reiste und von da auch an den Hof von Neapel kam.⁵

Die Bedeutung der Praefatio, deren alte Druckausgabe nicht leicht zugänglich ist, rechtfertigt deren erneute Veröffentlichung. Vorlage ist neben der Ausgabe von Ducaeus der Codex graecus der Bibliotheca Ambrosiana D 118 inf. fol. 161—163^v (= D).⁶

¹ Migne PG 48, 700.

² Ioannis Chrysostomi Opera Omnia, ed. Fronto Ducaeus. Paris 1609—24, nachgedruckt Francoforti ad Moenum 1698. X 291—350.

³ Vgl. K. Krumbacher, Geschichte der byzantinischen Literatur. 2. Aufl. München 1897, S. 635. 637.

⁴ Vgl. S. 272, 17 f. ⁵ Acta in funere Nicaeni c. 7. Vgl. I 278 f. ⁶ Vgl. S. 151 f.

Ad Alphonsum Regem Praefatio

In Orationes de Incomprehensibili Dei Natura

Divi Ioannis Chrysostomi.

Eundem regem et pontificem olim fuisse accepimus, dive Alphonse, 5
 rex inclyte, tamquam regis officio is fungi non posset, qui minus iura
 et rationes rerum sacrarum teneret, quas nosse pontificis certe interest.
 Romani itaque tui, gens armis praestantior ceteris omnibus, ingenio
 autem, doctrina et deorum cultu facile cum Graecis etiam conferenda,
 homines praeditos sacerdotio potius reipublicae praeesse censuere et 10
 vehementius de summo pontifice quam de consulatu solebant conten-
 dere, quippe qui ita sese dignius rempublicam regere credi posse arbi-
 trarentur, si profiteri cognitionem partis quoque divinae viderentur.
 Graecis item hominibus haec eadem opinio semper et probata et summo
 in studio habita est. Unde apud Athenienses inter novos illos et pri- 15
 marios magistratus regia dignitate praeditus is enumerabatur, qui
 dearum Cereris et Proserpinae mysteriis et Minervae ludis praesset
 et sacra urbis praecipua faceret, ad quem causa vel impietatis vel
 sacerdotii vel cuiusvis de religione controversia deferretur, qui iura
 matrimoniorum discerneret et unus ex principum numero cum sancto 20
 Areopagitano senatu de homicidiis iudicaret. Ad haec Iudaeorum genti,
 cuius nobilitatem Iosephus cognomine Flavius, insignis auctor, duobus
 libris, quos contra Appionem grammaticum scripserat, late ac per-
 pulchre aperuit, id fuisse in more certum est, quamdiu reges tales
 sive divinitus, sive optimo iudicio hominum crearentur, ut reipublicae 25
 bona et servarentur et auferrentur. Aegyptios praeterea, quos bonarum
 artium et religionis studium singulare nobilitavit, atque etiam Persas,
 D 161^v Medos, Indos, gentes nominis magni, suos reges vel ex sacerdotum
 ordine facere, vel maxime familiaritate sacerdotibus devinctos habere
 solitos legimus. Ita omnes, quasi duce natura regerentur, regem, quem 30
 peritum esse rerum humanarum oportere censerent, eundem haud-
 quaquam divinarum esse ignarum patiebantur, et ut gens quaeque
 magis ad rempublicam probam et laudabilem accederet, ita diligentius
 id servavit semper et coluit.

Verum hac nostra aetate sic institutum videlicet a primis christianae religionis temporibus usque habetur, ut non iidem et reges sint et pontifices. Credo ob eam potissimum causam, quoniam agi facilius posse existimabant, si duo quidem, quorum alter rebus humanis, alter divinis
 5 praeesset, crearentur. Quamobrem, etsi uterque, tam rex, quam pontifex, sine altero exsequi officii quidem sui ratione auctoritateque posset vices rei tum divinae, tum humanae, tamen digestum in duas personas est. Unde fit, ut rex saepius res sacras sibi vindicare iure suo existimet, et pontifex non alienam adire provinciam arbitretur, si quando rem
 10 attinentem ad regem sibi attribuat. Quod ceterorum quoque officiorum collegis usu venire conspicuum est. Cedere tamen et rex pontifici debet, et regi pontifex, et alterum servari ab altero, quantum constitutum delegatumque a maioribus est, oportere existimamus. Quod etsi rex minus divinam rem facit minusque iudex constitutus est rerum sacra-
 15 rum, quas ecclesia suo vocabulo spirituales appellet, tamen rationes nosse earum rerum et, quemadmodum agi singula christianae religionis debeant, minime ignorare pulchrum proculdubio est et maiestati regiae consentaneum.

Quocirca tu ut semper hoc ita esse iudicasti, ita semper dedisti
 20 operam, ne quid desit, quo te regem minus perfectum absolutumque D 162 ageres. Atque ita effectum est, ut te ceteris nostrae aetatis regibus elegantiore et plane cum illis, quorum memoriam et laudem servant saecula, comparandum omnes et censeamus et praedicemus. Ac nisi mentiri quis velit et verba contra quemnam sentit facere, quod non
 25 hominis gravis et veri, sed assentatoris est, te quisque adeo religione et rerum divinarum scientia ceteris principibus antecellere affirmaverit, ut non, cui te comparet, quaerat, sed cuius unius exemplo ceteros omnes ad eam ipsam praeclaram virtutem hortetur et moneat. Quis enim ex tot terrarum orbis principibus te pietate insignior? Quis divini
 30 cultus observantior? Quis vel ordinem sacerdotum sibi devinxit familiarius, vel plura suae pietatis reliquit momenta? Quis autem acutius de rebus divinis aut subtilius potest disserere? Ceteri prorsus vel eo tenentur errore, ut putent parum attinere ad principem rerum divinarum cognitionem, vel etiam eam probarent studerentque adipisci.
 35 Voluntate quidem proxime accesserunt ad laudem, sed doctrina atque ingenio tanto te existunt inferiores, ut non minus theologiae princeps quam facultatis et copiae rerum civilium iure inter principes habearis et nomineris.

3 agi D regi *Ducaeus* | 4 quidem D quidam *Ducaeus* | 12 alterum *Ducaeus* alter D | constitutum *Ducaeus* destitutum D | 24 quemnam D quam *Ducaeus* | 27 cuius *Ducaeus* cui D | 29 tot *Ducaeus* hoc D | 30 vel om. *Ducaeus* | 34 etiam scripsi enim D cum *Ducaeus* | 37 facultatis *Ducaeus* facultates D

Sed cur prae ceteris principibus te consideres, quando ne hominibus quidem privatis, qui in hoc uno studio versantur, amplius quicquam <superesse potest>, quam tibi percepimus? Quoties Narcissus Verdunensis, et vir et theologus singularis, argumentis, quibus vel respondisses vel obiecisses, recitatis in frequenti omnium doctorum conventu, ratione 5 demonstravit evidentissima ita esse, ut qui tecum ita disputant, non D 162^v regiae maiestati, sed exquisitae tuae doctrinae viribus cedant et victorem te inviti interdum confiteantur! Quoties eiusdem scientiae professores alii ultro, sed animo invito, ut verbi Homeri utar, expertos in se fuisse fateri, quod modo Narcissum doctorem saepe- 10 numero explicasse retuli, vidimus! Ita fit, ut maiorem in modum tuum admiremur ingenium, quo praeter ceteras virtutes ingenuas, quas tam multos complexus mirifice es, theologiam tam pulchre consequi potuisti, quae res etsi honestissima et gravissima est, tamen ob percipiendi difficultatem vix a paucissimis quaeritur. Ita merito unus tu 15 vehementissime laudaris ab homine probato et laudato Bessarione Pontico, Romanae ecclesiae cardinali, quem desiderium tui visendi Neapolim ad te duxit ac mensem iam quartum tenet apud te summa cum delectatione, laude et admiratione tuarum virtutum et operum. Laudat hic sapiens vir et religionibus venerandus te regem et sapientem 20 et religionis tum cultorem, tum defensorem egregium. Bona animi tui commendat homo, cui certe omnium consensu contigit, ut litterarum graecarum sit facile princeps, latinarum autem tantum teneat, quantum nemo adhuc Graecorum consequi potuit. Effert summis laudibus prudentiam, ingenium, doctrinam, mores, denique praestantiam animi 25 tui. Vir, qui prae sui animi magnitudine admodum paucos solet laudare, te tamen ita is admiratur, exosculatur et complectitur animo, ut vix posset abs te discedere. Ostendit hic porro, quanti tuam doctrinam faceret, cum libros, quos Aristoteles nobilis philosophus de rebus divinis inscriptos *Metaphysica* edidit, hos diligentissime tibi in latinum con- 30 D 163 vertisset sermonem ac tuo dicasset nomini, ut quos ille Alexandro regi sapienti perquam gratos composuit, iidem ad te interpretati mitterentur regem theologum ac longe rebus divinis edoctiorem, quam de rege Alexandro coniectari ex iis, quae accepimus, liceat.

Te igitur religionis observantissimum et christianae doctrinae studiosissimum regem, si operibus non modo, quae ad rem attinent militarem, verum etiam quae summa religionis sunt, adire censemus, non inepte id agimus, nec ea offerre videmur, quae minus te delectent et

2—3 privatis . . . percepimus. sic secundum notam marginalem in D. Item *Ducaeus*. Quo loco D in textu: privatis, qui in hoc studio versantur, amplius quemquam superesse, quam tibi praecepimus. | 3 percepimus D² percipimus *Ducaeus* | 4 et theologus *Ducaeus*] D om. et | 6 disputant D disputent *Ducaeus* | 10 modo D] *Ducaeus* om.

moveant. Quamobrem post Mauritii illos de re militari libros, quos
 anno superiori obtuli tibi ut iudici peritissimo eorum, quae imperator
 ille et gessit et scripsit, has de incomprehensibili Dei natura orationes
 quinque Ioannis Antiochensis, cognomine Chrysostomi, doctoris eccle-
 5 siae singularis, converti et legendas propterea tibi obtuli, ut vel ex
 hoc mea interpretatione et ingenium et dicendi copiam eius doctoris
 perciperes et te sacro sermone, ut soles, oblectares. Fuit is certe facundior
 ceteris christianae religionis doctoribus et copiosior, et quamquam more
 ecclesiae vel in gravitate sermonis vel in exquisito atticae linguae usu
 10 negligentior aut Gregorio aut Basilio, eiusdem professoribus et praedica-
 toribus christianae religionis, tum in exponendis sacris codicibus, tum
 magna utilitate populi ad dilatandum argumentum, ad amplificandam
 sententiam, ad exemplorum copiam, ad facilem et omnino accommo-
 datam, tum ad populi aures, tum ad religionis praecepta elocutionem,
 15 ad memoriam omnium, quae officium doctoris christiani requirit, hic
 meo iudicio anteponendus est ceteris, nec esse arbitror quempiam qui, D 163^v
 si modo, quae is graece disseruit, assequatur, aliter sentiat. Unde hic iure
 optimo cognomen id Chrysostomi meruit ab oris aureo flumine, quod
 idem datum est Prusciensi Dioni, sed eo dignius Ioanni nostro, quo
 20 longe hic plura et ad hominum vitam moresque utiliora quam Prusciensis
 ille scripsit, praedicavit et docuit. Constat hunc iisdem claruisse tempo-
 ribus, quibus Arcadius Theodosii imperatoris gentilis, cuius filius tum
 armis, tum pietate, ingenio et litterarum bonarum studio sese exhibuit
 singularem, tantaque apud eum ipsum imperatorem auctoritate et
 25 gratia valuisse, ut et suos cives Antiochenses, homines parum quietos
 et plus sibi libertatis sumentes, quam Romanorum pateretur imperium,
 ab ira capitali imperatores saepe liberarit universamque ipse unus
 servaverit civitatem, ne poenas gravissimas lueret, et ecclesiae Con-
 stantinopolitanae patriarcha praefuerit, quae dignitas proxima in sacro
 30 ordine a summo pontifice habetur. Vixit tanta probitate morum et
 sanctimonia illustris, ut nomen sancti acceperit ea vice, qua aut heroa
 aut certe divum homines superioris religionis nominarent eum, qui
 virtute quadam excellisset heroica mirumque in modum generi mor-
 talium profuisset. Huius itaque orationes, quas homilias ipse a conver-
 35 satione et suae doctrinae communicatione inscripsit, ut hominis sancti
 et docti et elegantis et divi Arcadii imperatoris familiaris, leges, cum
 otiosior fueris. Eris autem eo citius, quo plus apud te religionis caritas,
 quam civile negotium valet.

D 164

10 negligentior *scripsi* negligenter D *Ducaeus* | 15 requirit D requirunt *Ducaeus* |
 32 divum *Ducaeus* divini D | 36 divi *Ducaeus* cui D

GEORGII TRAPEZUNTII
ADVERSUS THEODORUM GAZAM
IN PERVERSIONEM PROBLEMATUM ARISTOTELIS

Mit der vorliegenden Schrift wendet sich Georgios Trapezuntios gegen Gazes' lateinische Bearbeitung der aristotelischen *Problemata*. Der tiefere Grund für diese Auseinandersetzung war seine persönliche Verärgerung. Denn Theodoros Gazes hatte es gewagt, trotz der bereits vorliegenden Übersetzung des Trapezuntios das Werk nochmals in anderer Fassung zu liefern, und noch dazu unter sichtlicher Förderung Bessarions.¹ Sein Groll gegen Gazes war vollends noch gewachsen, als der Kardinal ihm nachdrücklich zu verstehen gab, daß ihm Gazes an Wissen und Gründlichkeit weit überlegen sei.² So setzte sich Georgios zum Ziel, die Arbeit seines Mitbewerbers als ein elendes Machwerk abzutun, indem er Gazes — er verdreht dessen Namen durchweg in Cages und nennt seine Anhänger Cagulei — Unwissenheit im Lateinischen und Unverständnis gegenüber Aristoteles zum Vorwurf machte. Desto mehr hob er den Wert der älteren Aristoteles-Übersetzungen hervor, die Gazes abgelehnt hatte. Das letztere Urteil wird die heutige Forschung ihm bestätigen.³ Aber Trapezuntios sah die Gründe dafür nicht ein und ahnte nicht, wie wenig er selber Bescheid wußte.⁴ Zudem hat ihm Gazes' Werk im ganzen Umfang nicht vorgelegen. Wie Georgios selber mitteilt, hatte er nur von einzelnen Teilen und nur für ganz kurze Zeit davon Einsicht nehmen können.⁵ Ein Vergleich mit Gazes' umfangreicher Leistung (gedruckt ohne Gazes' Praefatio in der Berliner Aristotelesausgabe III (1831) 415—474) zeigt, daß Georgios doch nur wenig zu bieten wußte. Zudem sind einzelne Stellen von ihm ungenau oder falsch angegeben. Eine zeitgenössische Beurteilung der Invective lieferte Niccolò Perotti.⁶

¹ c. 2, 2.

² c. 2, 4; 9, 1. 2. Ältere Nachrichten bei G. Voigt, *Die Wiederbelebung des classischen Altertums*. 311 (Berlin 1893), 140 ff.

³ Vgl. M. Grabmann, *Forschungen über die lateinischen Aristoteles-Übersetzungen des XIII. Jahrhunderts*. Münster 1916. — Ders., *Methoden und Hilfsmittel des Aristotelesstudiums im Mittelalter*. Sitzber. d. Bayer. Akad. d. Wiss. Phil.-hist. Abt. 1939, 5. München 1939. — Ders., *Mittelalterliches Geistesleben*. München I (1926) S. 440—448. (Eine ungedruckte Verteidigungsschrift der scholastischen Übersetzung der Nikomachischen Ethik gegenüber dem Humanisten Lionardo Bruni.)

⁴ Man beachte seinen köstlichen Unsinn c. 33, 2—6; 9—10.

⁵ c. 13, 1.

⁶ Nicolai Perotti *Refutatio* c. 93. s. unten S. 373.

Nach seinen Ausstellungen an Gazes' Arbeit fand sich für Georgios noch Gelegenheit, über die umstrittene Textstelle der Vulgata: „Sic eum volo manere, donec venio“ zu sprechen.¹ Wir erfahren hier von seiner früheren diesbezüglichen Abhandlung, die er dem Bischof von Brixen, Petrus de Monte, gewidmet hatte und die nachher Bessarion Anlaß zu seiner Abhandlung gab.² Was hier vorliegt, ist nach Georgios' Angabe ein Auszug aus jener Abhandlung.

Im ganzen zeigt die Invektive des Trapezuntios allerlei Wissen aus der alten Literatur. Wenn er nach seinem Eingeständnis auch keine Invektive schreiben wollte, so strotzt die Schrift doch von Beleidigungen gewöhnlichster Art. Betroffen wird nicht nur Gazes, aus dessen Schülerkreis Trapezuntios sich allerlei üble Nachreden hatte hinterbringen lassen,³ sondern auch dessen Freunde, besonders Bessarion, und selbst der große Förderer der Humanisten, Nikolaus V. Wertvoll für die Forschung sind die gelegentlichen Angaben über einzelne humanistische und byzantinische Schriftsteller, wie Andreas Contrarius, Jakob von Cremona, Poggio, Georgios Gemistos. Gerade den letztgenannten behandelt er wegen seiner religiösen Einstellung und seines Strebens nach einer neuen Weltanschauung am eingehendsten. Er deckt sich hierin mit den späteren Ausführungen in seinen *Comparationes*.⁴ Vor allem sind aber seine Mitteilungen über seine Beziehungen zu Bessarion wichtig. Manches erhält hier wie auch hinsichtlich Nikolaus' V. neue Beleuchtung, weil es von einem Betroffenen geschildert wird, freilich einseitig und schief. Daß aber Bessarion seinen Tod verlangt habe, ist nichts anderes als theatralische Pose.⁵ Was Georgios an Gazes so nachdrücklich zu tadeln versteht, trifft ihn selber am meisten, nämlich seine mangelhafte Vertrautheit mit der lateinischen Grammatik und Stilistik. Sein „ungehobeltes Latein“ tritt, wie schon frühere Forscher hervorgehoben haben, auch später wieder in seinen *Comparationes* zutage.

Die Abfassungszeit der Schrift hat A. Gercke auf Grund eines Briefes von Georgios an seinen Sohn Andreas, der „ein Seitenstück zu der Invektive“ ist,⁶ auf den Spätherbst 1453 oder Winter 1453/54 festgestellt.⁷ Die Datierung hat neben anderem ihre hauptsächlichste Bedeutung für die Festlegung des sonst nicht überlieferten Todesjahres des G. Gemistos, der demnach am 26. Juni 1452 gestorben ist.⁷ Bestätigt wird dadurch die Berechnung von Alexandre,⁸ hinfällig die

¹ c. 35. ² s. oben S. 70. ³ c. 2, 3.

⁴ *Georgii Trapezuntii Comparationes Aristotelis et Platonis* (Venetiis 1523) III 20. vgl. Band I 357. ⁵ c. 34.

⁶ Bei E. Legrand, *Cent-dix lettres grecques de François Filelfe*, Paris 1892, 317—328.

⁷ A. Gercke, *Theodoros Gazes*. Festschrift. Greifswald 1903, S. 26 f. und Nachtrag S. 47.

⁸ C. Alexandre, *Pléthon, Traité des lois*. Paris 1858. not. prélim. p. XLII n. 2.

Annahme von F. Schultze für das Jahr 1450.¹ Die in der Invektive über Gemistos gemachte Angabe „*iam enim biennio mortuus est*“² hat ihre Parallele in Georgios Comparationes III 20: „*antequam mortem obiisset iam fere triennio*“³.

Die von Georgios beigegebene Widmung an König Alfons von Neapel ist spätere äußere Zutat. Ursprünglich richtete sich die Schrift, wie die gelegentlichen Anreden erweisen, an Bessarion, vor dem sich der zurückgewiesene Grieche rechtfertigen wollte.⁴ Üble Worte gegen den griechischen Kardinal sind offenbar erst nachträglich eingestreut worden.

Auf die Bedeutung der Invektive hat zuerst L. Stein, dann nochmals A. Gercke aufmerksam gemacht. Desgleichen hat Gercke kürzere Auszüge daraus veröffentlicht.⁵ Seine Angabe eines Cod. Vat. lat. 3384 enthält offensichtlich einen Druckfehler. Es handelt sich um den Cod. 3383. Auch sonst finden sich in diesen Auszügen einzelne Lesefehler.

Vorliegende Erstausgabe beruht auf folgenden Handschriften:

- a) Mailand, Bibliotheca Ambrosiana, Cod. lat. G 290 inf. fol. 1—66 = G.
- b) Rom, Cod. Vat. lat. 3383 fol. 1—67^v = B.

G (Cod. chart. 36,5 × 24,3 cm, 193 fol. saec. XVI), geschrieben in humanistischer Kursive, bietet gegenüber B zumeist bessere Lesarten.

B (Cod. chart. 22,5 × 16,5 cm, 68 fol. saec. XVI) enthält in sauberer Buchschrift allein die vorliegende Invektive. Trotz vielfach schlechterer Lesarten trägt aber auch B zuweilen zur Verbesserung des von G gebotenen Textes bei. Die Überschrift lautet hier: *Ad divum Alfonsum regem Aragonum et utriusque Siciliae, Georgii Trapezuntii In perversionem problematum Aristotelis a quodam Theodoro Cage editam et problematicae Aristotelis philosophiae protectio.*

Beide Handschriften zeigen sehr nahe Verwandtschaft miteinander, doch nicht so, als stammte die eine aus der anderen. Vielmehr ist eine gemeinsame Vorlage anzunehmen, die bereits wesentliche Verschlechterungen eines ursprünglicheren Textes enthielt. Die Schreibweise beider Handschriften, namentlich bei B, wechselt dauernd (*diffinitio*, *definitio*; *prontu*, *promptu*; *precium*, *pretium*; *phanaticus*, *fanaticus*; *for-sam* (B), *forsan*; *imo*, *immo*; *locuntur*, *loquuntur* u. a.).

Die Angabe L. Steins, daß sich die Invektive des Trapezuntios auch in den Cod. Ambros. G 66 und G 78 finde,⁶ beruht auf einem Irrtum. Ich konnte sie auch in keiner anderen Mailänder Handschrift weiter feststellen.

¹ F. Schultze, Georgios Gemistos Plethon und seine reformatorischen Bestrebungen. Jena 1874, S. 106 f.

² c. 37, 2.

³ Vgl. I 357.

⁴ c. 34; 36.

⁵ A. Gercke a. a. O. 13—19.

⁶ Archiv f. Gesch. d. Philosophie II (Berlin 1889) 442 n. 34.

Adversus Theodorum Gazam

In Perversionem Problematum Aristotelis.

Platonem et scripsisse scimus et dicere solitum accepimus felices 1, 1
 5 tunc fore civitates, cum aut reges philosophiam colent, aut philosophi
 ad regna vocabuntur. Nam cum duobus maxime ad gubernandas urbes,
 gentes, nationes sapientia potestateque opus sit, alterum philosophia
 parit, alterum regia praebet maiestas. Ita per philosophiam quidem
 gubernandi habetur scientia, per regnum vero regnique vires et auctori-
 10 tatem fit, ut quod rex decreverit, id sanctum atque inviolabile per-
 maneat. Quare et regnum philosophia eget, et philosophia, nisi regum
 auxiliis ac patrociniis sustentetur, concidat dillabaturque necesse est.
 Id tu, Alphonse, rex optime regum omnium, quos novimus, recte in-
 telligens, cum multarum gentium regna tibi commendata divinitus G 1^v
 15 videas, philosophiae studiis assidue invigilas, incumbis, insudas. Quo-
 niam ergo eam sponte amplecteris, tua et ex officio regiae celsitudinis
 tutari ac defendere debes. Idcirco problematica philosophiae pars et B 1^v
 ipse Aristoteles auctor, philosophorum princeps, ad te confugiunt opem
 et patrocinium tuum quasi debitum flagitantes.

20 Theodorus enim, quidam natione Graecus, moribus et ingenio bar-²
 barus, Aristotelis problemata perversione sua nuper evertit funditus
 atque corrumpit, quantumque in ipso est, et hanc philosophiae partem
 e medio sustulit et auctorem eius Aristotelem tarditatis nota amen-
 tiaeque affecit, cum ineptias ei suas attribuerit. Ad haec priscis etiam
 25 omnibus Aristotelis interpretibus ignorantiae dedecus inurere in prae-
 fatione sua conatur. In vivos quoque tam medicos quam philosophos
 impudenter insultat. Mihi etiam, qui antea quam ipse traduxeram,
 non parvam iniuriam facit. Sed quod ad nos attinet, totum sibi con-
 donamus nec aliam praeter rerum cognitionem petimus ultionem. Philo-
 30 sophiae autem atque Aristotelis causam ad te, regem iustissimum et
 ipsius philosophiae studiosissimum, deferre constituimus. Certiores enim
 sumus te, qui pro innata tibi humanitate atque iustitia vel in rebus.

minimis ius non contemnis, philosophiae ac Aristotelis causam ardentius suscepturum, praesertim cum ea res perpetuo philosophantium praeconio, utcumque abs te suscepta fuerit, non poterit non praedicari.

⁸
 B 2 Quare, ut facilius tota possit cognosci causa, libellum ad te scrip-
 G 2 simus tuoque nomini dedicavimus, in quo Theodori portenta non omnia 5
 — plura enim paene sunt, quam enumerari queant — sed tot, quot
 sufficere putavimus, e libris traductionum suarum transcripsimus et,
 quid Aristoteles velit, quid Theodorus somniat, in lucem protraximus,
 rationemque ac viam aperuimus, qua universus Theodori monstrorum
 acervus percipi potest, quaque diligenter legentibus patebit, quanta 10
 iniuria philosophantes insequitur, quanta ignominia priscos interpretes
 e luce in tenebras trudit, ut putat, quas ignorantiae notas Aristoteli,
 philosophiae parenti, studet inurere, quantam denique problematicae
 philosophiae ignorantiam legentibus ipse conatur infundere. Quas ob
 res, inclyte rex, qui quanto melius ceteris tu regibus philosophiae sacris 15
 initiatus institutusque es, tanto acrius ulcisci eam debes. Perlecto
 libello et cognita causa non minorem iram adversus improbos, adversus
 calumniatores veterum interpretum, qui nisi fuissent, nulla esset apud
 Latinos rerum scientia, adversus Aristotelicae doctrinae depravatores
 suscipias, quam regia maiestas et philosophiae ac litterarum studium 20
 B 2^v flagitat. Nam si, quanto ceteris hominibus tum regia celsitudine, tum
 sapientiae studiis praestas, tanto maiore indignatione philosophantium
 hostem, priscorum interpretum persecutorem philosophiae fueris ultus,
 non dubito, quin cum propter alias regias virtutes tuas, tum maxime
 propter protectionem hanc una voce unoque ore universi philosophantes, 25
 immo philosophia ipsa nomen laudesque tuas in perpetuum praedicabunt.

^{2, 1}
 G 2^v Saepenumero ipse mecum admirari soleo tum naturam, tum mores
 eorum, qui cum nihil aut parum admodum sciant, non contenti tamen
 multa praeclaraque de se ipsis praedicare litteris etiam audent, quae
 nesciunt, tradere atque mandare, quasi quicquam ipsi quoque ad com- 30
 munem utilitatem possint conferre, neque id solum, sed a Graecorum
 etiam fontibus multa in latinum pervertere <potius> quam vertere
 non ab historicis tantum aut poëtis aut a quibuscumque aliis mediocri
 quondam versatis in genere, sed ab ipso quoque philosophiae magistro
 Aristotele, quem recte intelligere penitusque perspicere multo ante 35
 oportet, quam traducere institueris. Sed istis quidem ignoscere quis-
 piam facilius poterit, nec adeo mirum esse contendet, si nimio sui
 B 3 amore nonnulli hominum mente capti, leves atque inanes, omnium
 rerum scientiam iactabundi falso profiteantur. Illis vero quis ignoscet,
 qui quamvis ipsi nihil scire videantur, tamen quasi aliorum mancipia 40
 sint, obliti sui ipsorum, obliti utilitatis communis, obliti personae atque
 dignitatis suae, ignorantiam quasi praeclaram admirantur scientiam et
 amentissimorum hominum ingenia ad astra extollunt magnaue opera,

studio, cura, quae ignorantissime alii interpretati sunt, in lucem non ad utilitatem aliquam suam, sed ad solam posteritatis perniciem edere conantur? Horum naturam, horum mores, horum ingenia quis iure adeo non mirabitur, ut prae stupore vel in lapidem non convertatur?

5 Ego fateor sic vehementer moveri tantaque indignatione plurumque G 3 turbari, ut pestes humani generis eos homines dicere minime dubitem.

Qualis his diebus Theodorus quidam, cui Cages cognomen est,² exstitit. Immo autem exstat circumferturque bucinatoribus multis, qui suae ignorantiae conscii vel nescio qua turbatione animi vexati, quae
10 Cages edidit omnia de graeco perversa, ea sola quasi Minervam de caelo lapsam admirantur. Horum verbis nos quoque aliquando aut potius auctoritate compulsi nonnihil certe non altioris cuiusdam scientiae, sed mentis atque ingenii esse in Cage putavimus. Verum posteaquam B 3^v liber problematum Aristotelis, quem Latinis traducendo penitus corrupit, in manus forte nostras pervenit, aut bestialem omnino animam
15 in corpore humano habitare aut, si quicquam mentis in homine illo est, invidiae stimulis victum divinos ipsum Aristotelis libros, ut legentes confunderet, pervertisse iudicavimus. Id mihi eo verisimilius nonnumquam solet videri, quod in bucinatoribus quoque suis non maior
20 ignorantia quam invidia esse perspicitur. Nec enim alia de causa vel ipse sua sponte inductus vel a complicibus suis ad traductionem problematum compulsus esse potest. Quid enim ad utilitatem id commune fecisse ipsum affirmabunt? At erant traducta nostro labore multo antea. Sed ad gloriam suam? At maiora pulchrioraque adhuc restant
25 Aristotelis opera, unde magnam poterat laudem adipisci, si ea recte convertisset, nec labor suus alium offendisset, quod omnes facere student, qui nominis atque laudis vere cupidi sunt. Nunc vero non problemata solum, sed libros etiam de animalibus multis iam annis G 3^v interpretatos mihi ac editos minatur se latinos facturum, quasi non
30 latini, sed barbari a nobis facti sint.

Hic est ille Theodorus Cages, qui cum Romam venisset, ut ingenium sibi divinum inesse ostentaret, quoniam audiverat me docendo B 4 dixisse finem oratoriae facultatis esse persuasionem, oratoris autem officium cum assensione auditorum dicere, quoad eius fieri potest,
35 illudque gratia explanationis physicum addidisse — aderant enim in naturali philosophia periti nonnulli — generationis rerum naturalium finem esse, ut quaeque species successione individuorum in perpetuum permaneat, duas statim ex amentia quaestiones tam per se quam per alios publice posuit. Unam, quod ultimus rhetoricae finis non sit simplex,
40 sed duplex: alter, quem multi praeclarique opinantur et nos diximus, hunc extrinsecum appellabat: alter (bene dicere), quem aiebat omnes

8. 19 buccinatoribus B | 18 non nunquam G non unquam B | 19 quod B quam G

praeter se ipsum et Quintilianum ante illum diem ignorasse, hunc intrinsecum nuncupabat. Ita magnus iste philozophus magis quam philosophus duos diversos fines, quorum alter sub altero non continetur, rei unius constituit, quod impossibile penitus est. Alteram in medium protulit quaestionem, quod finis, cuius gratia rerum naturalium generatio fit, ipsa inducenda in materiam forma esset. Ferreum hominem, qui non potuit adhuc discere nihil aliud esse generationem quam inductionem formae in materiam. Unde si forma generationis sit finis, G 4 sequitur idem sibi ipsi finem esse, quod ridiculosissimum invenitur. B 4^v Quare non immerito exhibilatus etiam a pueris tunc, numquam deinde 10 huiusmodi disserere aliquid, immo ne grunnire quidem ausus est.

4 Ego autem tum, quia Graecus esse videtur, tum vel maxime, quia similes ignorantium iniurias non persequi, sed contemnere consuevi, dum modestia patientiaque mea non nimium abutantur, nihil umquam feci, nihil dixi, nihil cogitavi, quod Cagem posset offendere. 15 Unde credo animos ipsum adeo extulisse, ut per Andream Contrarium, quendam hominem impurum, ad pontificem Nicolaum quintum, a quo praecipue ipse, quia Constantini urbem a summo pontifice defendi tam verbis quam scriptis oportere praedicabam, multis incommodis afflictus sum, litteras miserit, quibus me absentem innocentemque 20 conabatur opprimere ac dedecore, quanto poterat, per iniuriam et nefas afficere. Haec omnia sic ipsi prae modestia nos condonarem, ut nisi perseveraret in maledicendi malefaciendique, quantum in ipso est, proposito, nisique Aristotelis problemata deïci mala interpretatione sua videremus, hunc scribendi laborem non approbavissemus, quippe qui 25 videamus non esse nobis honori amentium sceleratorumque iniurias persequi. Verum quoniam tanto est cuiquam repulsio iniuriae, quamvis B 5 impotentis, ac defensio sui honestior atque laudabilior, quanto una omnes a legendis interpretationibus perfidia ignorantiaque depravatis G 4^v revocantur, non magis nostram, quippe qui numquam de Theodoro 30 calcitrante curavimus, quam philosophiae ipsius ac veritatis protectionem libenter suscepimus.

3, 1 Breviter igitur primum, quam indoctus in eligendis verbis sit, deinde quam rudis in intelligendo Aristotele et callidus in depravando sensum ipsius, dicemus. Et sic ante oculos omnium ponere curabimus, 35 quanta obscuritas, quanta dicendi asperitas, quam horrida componendi durities, quam aliena verborum a consuetudine latine dicentium potestas, quam inepte omnia denique in oratione sua inveniantur. Nam et verba nec rebus accommodantur nec inter se commode connectuntur et a Carmenta usque repetita in philosophiam irruerunt, et res non 40 luce orationis explicatae, sed inepta garrulitate implicatae atque im-